ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GUIDO DE MONTE ROCHERII. THOMAS EBENDORFER. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL. NICOLAUS DE GRAETZ. SPECULUM HUMANAE SALVATIONIS

um 1420/1453 (nach Wasserzeichenbefund) Seite 17v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=549
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



d'sacramento confirmationis dicta sufficiat ꝛc. Tractatus quintus primo primus de eucharistia et hic

Primo ergo quid dicendum est de gratione spirituali que fit in baptismo et d'augmento spirituali quod fit in confirmacione. Nunc dicendum est d'spiritualibus mutamentis quod fit in sacramento eucharistie, ar. et quod opperandum sit de tempore sue perceptionis. Primo qd sit eucharistia. Secundo d'ministro eucharistie. Tertio quis et qualis debet esse minister sacramenti eucharistie. Quarto d'forma eucharistie. Quinto de loco in quo debet celebrari missa. Sexto de tempore in quo missa debet celebrari. Septimo quotiens in die debet celebrari missa. Octavo de vestibus et rebus debet indui sacerdos in missa. Nono cui debet dari sacramentum eucharistie. Decimo de ritu misse. Undecimo d'defectibus que possunt accidere in missa ꝛc. Sed primo quid est eucharistia

Eucharistia potest sic notificari. Eucharistia est sacramentum corporis Ihu et sanguinis christi et tenetur sub specie panis et vini virtute verbi a sacerdote celebrato. Et dicit ab eu quod est bonum. A cus gracia quod bona gracia quia eo continet ille qui est fons gracie scz xpus verus deus et vera homo de cuius plenitudine omnes accipimus gratiam pro gratia, ut dicit in evangelio. Ochis primo secundo. Sed d'ministro eucharistie

Minister sacramenti eucharistie est ille qui potest et debet celebrare missam et ille est sacerdos rite et legitime ordinatus sine peccato mortali existens et cui non est prohibitum celebrare. Dico dicere qui potest et debet celebrare, quia multi possunt et non debent celebrari missam, sicut sacerdotes heretici excommunicati suspensi vel degradati, qui tales non possunt celebrare quia si celebrant veraciter conficiunt corpus xpi sed tamen mortaliter in dicendo missam, et non solum ipsi celebrantes, sed et omnes qui audiunt missas eorum, si sunt notorii tales et audientes illud. Dico rite et legitime ordinatus